

**L**ugdunum transalpine gallie vrbs. Vienne finitima. Octauiani augusti tempibus: Eusebio teste a numantio planco ciceronis discipulo oratoris clarissimo: in colle quodam vbi Arar vna rodanusq; miscentur condita fuit. Quaq; franciscus petrarca de ea scribat. Lugdunū nobilis et romanorum colonia est: paulūq; vetustior agrippa: duo hic noti amnes in mare mediterraneū currētes Arar rodanusq; conueniūt. Sonam incole appellāt. Que sup̄ reliquas gallie ciuitates Narbone excepta viroz clarissimoz ordine diu claruit vt Strabo habet. Nā et vsui magno fuit illis Emporiū ac in presentiarū est. Adnetā argenteā atq; aureā eo in loco iussu augusti romani signabāt duces. Templū etiā ab vniuersis gallis cōmuni designatū impēsa. Et augusto cesari dicatū: ante hāc urbē edificatū est vbi flumiozū est coijcio. Adest et ara dignitatis eximie gentiū. lx. numero inscriptū habēs titulum. Earūq; singularū statua vna: hanc urbē genti olim Segosianozū presidere cōstabat. Que in rhodani et dabudis flumioz medio iacet. Reliquę debinc gentes vergētes ad rhenū partim a dabude partim ab arare discernūtur. Hi nāq; amnes ab alpibus r. lati deinde in vnū alueū cōfluētes delabunt̄ in rhodanū. Rursus aut̄ superās rhodanū viennā deferē allobrogum metropolim. Tribus flumijs euenit vt initio in aquilonē: dehinc in occidentē deferant̄. Nāq; in vnū tandē amne cōfluens in austrū iterū curuat̄ excurrit. Quoad erūpat: alijs acceptis flumibus. Et hinc reliquum in mare cursuz pficit. Templū vero vna cū tota regione sicut Seneca ad Lucillū refert facili igne suo tempe quo ad Agripinā: videlicet tempe Senece exustū est. Quā urbē inter celtas ascribere quibusdā placet. hinc plotinus (Qui primus rome latinā rhetoricā docuit) duxit originē. a quo Cicero se rome puerū cum S. fratre latine primū doctū retulit. hinc sanctus Augendus vita et miraculis clarus. hinc sanctus Desiderius episcopus. Et S. Baldomerus cuius miracula crebra ciuitatē reddūt illustre. hinc romanus abbas: qui primus ibidē vitā heremiticā duxit. et multozū extitit pater monachoz. Ornat̄ etiā hec ciuitas sancto Nicetio episcopo: et Hyreno episcopo polycarpi discipulo: qui ibi martyrio coronatus. In ea domicianus abbas: Lupus episcopus et anachorita. Antiochusq; episcopus qui in dño quiescūt. Iustus preterea angelis primus ibi vitā finiuit. Hec inclita vrbs francoz regibus diu paruit. Qui ibi solēnes nundinas instituerūt. Vbi et pilatus et Herodes (vt fertur) a romanis principibus relegati vitā infamē finire. Lugdunū aut̄ (vt aliquibus placet) a lugda Cesaris legione sic appellata illis locis frequēt̄ hibernatē dictū est. Lugda em̄ gallica lingua idē quod fulgur designat. Sic etiā vt refert Tacitus legio quedā romana apud hispanos locata est: cui nomē fuit Rapax ad terrendos his appellationibus populos: Nam nomia sunt ista pene timenda sono

Lion

